



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

12. In Festo S. Agnetis, tripart. Virgines sequuntur agnum quocunque
ieret. Apoc. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

IN FESTO S. AGNETIS.

Lect. 12. tripartiti.

Virgines sequuntur Agnum quocumque terit. Apocal. 14.

Pars I. Quomodo S. Agnes secuta sit Agnum in vita. Amb. 1. de Virg.

Nomen Agnetis ab Agno suam trahere originem, nulli potest ambiguum esse. Quapropter teste S. Ambrosio, nec nomen quidem Virginitatis huius vacuum est luce laudis, nec tam nomen est Virginitatis, quam omen est oraculum Martyris. Illudque non tam à parentibus accepisse credenda est, quam à Deo, jam ab ortu ejus præsignante quid esset futura. Quasi homines, ut præcones, qui Martyrem prædicant, dum loquuntur. Una hæc vox, AGNES, præconium est & Virginitatis, & Martyrem indicans, instar Agni candidi puram, instar Agni immolati rubicundam: cujus devotio fuit supra ætatem, virtus supra naturam. Merito ergo de illa Virgine, si de illa, illud pronunciamus: Sequitur Agnum quocumque terit.

Agnum quem sequitur Agnes est IESUS.

Quis autem scilicet Agnus, quem indivulso sequitur Agnes, notum est. Ille nempe, qui se ut Agnum duci voluit ad victimam, ut oracula Prophetarum adimpleret, qui que à suo Præeure indigenti voluit; & appellari Agnus Dei qui tollit peccata mundi: qui denique vigesies & septies in Apocalypsi Joannis Agnus nominatur, quasi hoc nomine præ cæteris mirè oblectetur. Ibi enim & Martyres dicuntur lavare stolas suas in sanguine Agni, & Virgines eum quocumque sequi, & per eum deduci ad vitæ fontes aquarum. Ibi & de Agni nuptiis agitur, & beati dicuntur qui ad eas vocati sunt, & qui sunt scripti in libro vitæ Agni. Hunc ergo sibi delegit Agnes ab infantia, quem sequeretur quocumque, quemque diligeret & coleret ut Sponsum, abdicato à se omni alio amore, qui teneros annos posset implicare, aut ab Agni sui amore, vel minimùm, animum defletere.

S. Agnes Agnum secuta pietate, puritate, castitate.

Dicamus ergo primò, quod secuta sit hunc Agnum in vita, per miram pietatem, puritatem & castitatem. A pueritia se ei consecravit ex integro; pulchra quidem facie, sed pulchrior fide; corpore adolecentula, sed animo cana: infantia computabatur in annis, sed erat senectus mentis immanis. Nulla eam fructibus gratia immatura est, inquit S. Ambrosius, nec mirum, si puella nobiles Christiani sequantur ad regnum, quem etiam pueri sequuntur in desertum. Noli ergo à Christo arcere infantes, quia ipsi pro Christi nomine subire martyrium, talium est enim regnum caelorum. Hæc ille. Voluit autem Deus ejus fidem, pietatem, castitatem mirè probari, ut omnium linguis, & calamis celebris efficeretur, teste S. Hieron. in epist. ad Demetriadem. Cui resonat idem dicens, 1. de Virg. Hanc senes, hanc juvenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior, quævis qui ab omnibus laudari potest.

Amb. 1. de Virg.

Primùm quidem Nobilissimus est. Quod si ejus nobilitatem & parentelam nosse, ejus Pater Deus est, qui eum genuit sine muliere. Ejus Mater Virgo est, quæ & eum sine viro peperit, æternum Mater & Virgo.

Suis equidem fides & castitas primùm tentata sunt donis & blanditiis cum suo loquio promissis. In ejus nimirum amorem exariscat Urbis Romanæ Præfectus, qui nihil intentatum reliquit, ut voto potiret per matrimonium, & alliceret Virginis consensum. Quapropter non solum per amicos & notos cepit aures Virginis hujus pulsare, divitias, domos, possessiones copiosissimas promittens; sed etiam per seipsum eam accessit, cum omni verborum melle lenocinante offerens pretiosissimas gemmas, monilia cotuscantia, donaque aurea, ut gratiam ejus iniret. Sed quid ad hæc Agnes, Agni sui, & Sponsi sui nunquam immemor, in cuius pectore vivebat, & de cuius corde respirabat, solo ejus amore vivens? Quid, inquam, illa? Discede à me fomes peccati, sustimentum facinoris, pabulum mortis, quia jam ab alio amato præventa sum, qui longè pretiosiora mihi obtulis ornamenta, & annulis Fidei suæ subarrhavit me, posuitque signum in facie mea, ut nullum præter eum amorem admittam. Quid fortius dici poterit, quid efficacius? Non exceptis facies amantis, nec vincula lenocinantis. Blandiloquia quid aliud sunt, quam faces? Sic & dona sunt vincula, quæ planè fugienda sunt à puellis, quia crebro per hæc struuntur infidiæ earum castitati. Hæc respicere docet Agnes, quamlibet sint obumbrata specie benevolentie & honestatis. Verba illectant, dona excantant: ut utraque periculum involvunt. Serpente eloquium & pomum Evam decipiunt. Procul ergo hæc à sexu, qui nimis facilè his ducitur, & mox seducitur. Prosequitur S. Agnes Sponsi sui commium, gaudens se nactam hujus rei occasionem & oportunum sermonem, quo & suum erga ipsum declararet affectum cum gratitudine, & præconium celebraret cum exultatione. Meminit Sponse in Canticis, quæ interrogata de Sponso tota se in ejus effundit laudes: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput ejus aurum optimum, &c. Et rursus mutuum amorem omnibus notum volens, ait: Dilectus meus mihi, & ego illi. Ego dilecto & ad me converso ejus. Hanc imitatur Agnes, Sponsi sui, à quo præventa erat, describens eximias dotes, & perfectiones incomparabiles. Sex enim ejus annunciat perfectissimas conditiones, quas mortalibus nullus sponsum vel à longè affectu valeret. Quasi dicens: Nemo mihi de Sponso alio loquatur, quia talem nactus sum, cui nullus potest esse corivalis. Est enim Nobilissimus, Speciosissimus, sapientissimus, Dilectissimus, Benignissimus, Potentissimus.

Quibus modo S. Agnes servata.

Amb. lib. de Ioseph.

Cant. 5.

Cant. 7.

Qualitate Sponsi S. Agnetis.

2. Speciosissimus est. Ejus pulchritudo longè superat Solis & Lunæ splendorem & speciem. Immo illam admirantur Sol & Luna, stellæ & Astra, & quæ



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK PADERBORN

& quasi tenebras istam reputant claritatem coram illo.

Sapientissimus. 3. *Sapientissimus* est. Atque vel ex hoc solum eius vales sapientiam nosse, quod me per illam sibi captivam fecerit, ut non nisi de illo mens possit cogitare, non nisi illi cor affigi, non nisi de eius laudibus lingua loqui.

Divissimus. 4. *Divissimus* est. Quapropter dedit mihi thesaurum toto impetio pretiosiore dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretiosissimis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas: circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis; induit me cyclade auro texta, & immensis monilibus ornavit me.

Optimus & benignissimus. 5. *Optimus & benignissimus*. Quocirca, ut suam in me ostenderet bonitatem & amorem, sanguine suo ornavit genas meas: mel quoque & lac ex ejus ore suscepi; & corpus ejus corpori meo sociatum est: variaque alia tradidit mihi benignitatis, & amoris sui pignora ac monumenta.

Potentissimus. 6. *Potentissimus* est. Nihil in caelo aut terra ejus potest potentiae comparari, quia ejus contactu sanantur aegri, ejus verbo relevantur infirmi, ejus vel odore reviviscunt mortui.

Ob haec igitur omnia, ipsi soli servo fidem, ipsi me tota devotione committo. A quo mihi jam thalamus collocatus est, cuius & mihi organa modulatis vocibus cantant. Quem cum ama vero, casta sum; cum tetigero, munda sum; cum accipero, virgo sum.

Haec est summa eorum quae Sponsi zelo incitata, & mirum in modum in amorem Agni sui exarscens Agnes, Praefecti filio dixit, ut eum averteret ab ulteriori cupidine & prosecutione sui, & sic potius animum ejus converteret ad Sponsi laudati venerationem & cultum. Si autem intelligere plenius cupis, quamnam sint illae gemmae & monilia vestesque pretiosae quibus se adornatam Agnes gloriatur, repetenda sunt quae alibi haec de re à nobis dicta sunt. Docuimus namque eam his verbis alludere ad singula dona, quae in Baptismo anima suscipit, cum desponsatur & consecratur Christo. Audi breviter.

Gemma, vestes & monilia quibus S. Agnes à Sponso adornata.

1. Dum dicit: *Anulo suo subarrhavit me*: ecce donum fidei quo quidem anima, tanquam artha, per Spiritum S. quasi pronubum desponsatur caelesti Sponso, & illi devincitur, obsignaturque ut alium amatorem non admittat.

2. Dum dicit: *Tanquam Sponsum decoravit me corona*. En donum Spei, quo tanquam corolla cingitur & exornatur anima, donec in aeternitatis thalamo accipiat: *Diadema speciei & coronae decoris*.

3. Dum dicit: *Induit me cyclade auro texta*: En nuptialis vestis charitatis, variis connexa donis, ut sit haec Sponsa in similibus aureis circumamicta varietatibus.

4. Dum dicit: *Sanguis ejus ornavit genas meas*: Ecce nitor & pulchritudo gratiae baptismalis, quae

sine macula animam efficit in sanguine Agni immaculati.

5. Dum dicit: *Posuit signum in faciem meam in nulum praeter eum amatorem admissam*. En character indicans obligationem acceptam in Baptismo gratiam & fidem conservandi, qui character dicitur à Theologis imprimi in facie animae, hoc est in ejus essentia.

6. Dum dicit: *Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas*. Ecce donum obedientiae, propter quod dicere potest Fidelis: *Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico*. *Isai. 50.*

7. Dum dicit: *Mel & lac ex ejus ore suscepi*: alludit ad antiquam caeremoniam, quae baptismatis aliquid lactis & mellis praebandum praebatur, quasi modo genis infantibus, ut sine dolo lac & mel doctrinae sacrae ex ore Christo concupiscerent.

8. Dum dicit: *Item corpus meum ejus corpori sociatum est*, indicat societatem illam quae fit per sacram Eucharistiam, ubi corpus Christi baptisato praebatur.

Itaque Agnes nostra per vitae & virtutis omnes vias ab infantia Agnum secuta est, ejus character signata scilicet, per fidem, spem, charitatem, per obedientiam, per doctrinae ejus amorosam sequentiam, mel & lac ex ore ejus avidè suscepiens, per sacram quoque corporis ejus Communionem, per candidi velleris illius, hoc est meritum, & spiritus ejusdem participationem. Haec sunt *Vitis ejus, via pulchra, & semita pacifica*! Propterea igitur de ea adhuc in vita agente verum fuit: *Agnes sequitur Agnum quocumque ierit.*

Prov. 3.

Dicamus ulterius, quòd Agnum secuta fuerit paulo ante mortem, & in morte, per patientiam & constantiam admirabilem, per passionem & immolationem voluntariam. Sicut eam blanditiae à suo Agno & Sponso non potuerit separare. Praefecti urbis filio eas exhibente: sic nec minax à Patre ejus intentata. Miserebatur filij Pater, qui anhelò cruciabatur spiritu Agnetem deperiens, & ob id languidus lecto jacens. Ergo & ipse sua ex parte omnem molitum cit lapidem, ut eius attraheret assensum in nuptias cum filio ita ardentè amante, & amantè ardente. Atque ubi promissis & blandis sermonibus nihil se proficere vidit, minis & terroribus ejus animum pulsare cepit. Intelligens namque Christianam esse, & ideo eam Christum Sponsum suum dicere, illiusque potentiam factare, ac propter illum Filium suum despectui habere; jubet eam ad suum raptitribunal titulo suspensionis Christianae, & magica factionis. Ibi hoc ei impie & impudè proponitur: *Aut sacrificia Dea Vestis ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum eris pura, aut sacrificia abjektivis seorum: Cui illa animo interrito: Si cilia Vestis scires quis est Deus meus, non ista ore tuo proferres ista frustra impuro. Secura contemno minas tuas, quia novi virtutem.*

PARS II. Quomodo S. Agnes secuta sit Agnum, morit.

S. Agnes ad sacrificia abjektivis seorum: Cui illa animo interrito: Si cilia Vestis scires quis est Deus meus, non ista ore tuo proferres ista frustra impuro. Secura contemno minas tuas, quia novi virtutem.

tutem Sponsi mei IESV Christi, qui nec vult me sacrificare idolis, nec passeretur pollus foribus alienis. Mecum enim habeo custodem corporis mei Angelum. Et unigenitus Dei Filius, quem ignoras, mirus est mihi impenetrabilis, custosque nunquam dormiens, & defensor numquam deficiens. Confia itaque in Agno ac Sponso suo, Ductore ac Protectore fidiissimo, nec blandimentis seducitur, nec terrore concutitur; sed eodem vultu & animo perseverans, sicut blandientem, sic & terrentem asperratur, licet summam ignominiam minaretur.

Soliti fuere Pagani hic ignominiam uti erga mulieres Christianas, ut in lupanaribus eas publice scortationi exponendas condemnarent, nisi fidem abjurarent, scientes hoc supplicium eis morte terribilius. Longè enim præcligerent condemnari AD LEONES, quàm AD LEONES. Sed qui potuit Danieli Virgini feros domare Leones, potuit etiam domare Leonum feras mentes. Virgineque suas sic protegere, ut de lupanari egredirentur intemeratae, magisque gloriose. Quod quidem variis effecisse modis, ex variis hic historiis compendiosè ostendere non est supervacaneum. Audi ergo nonnullas hac de re memoratu dignas historias.

1. Daria, uxor Chryfanti Martyris, nobili generata, ad fidem à marito conversa fuerat, baptismoque suscepto, Romæ innumerabilem hominum multitudinem, illa mulierum, iste virorum ad Christum converterat. Ob eam ergo causam Daria in lupanar compulsa est: verumtamen Leonis tutelâ à sua cavea exsiliens, dum in oratione defixa est, à contumelia divinitus defensa est. Sic voluit Deus per Leonem, omnem compescere Leonem, ut intemerata illa mulier fidelis & virgo permaneret, vocerat enim cum viro virginitatem in matrimonio.

2. S. Lucia ad prostibulum quoque condemnata fuit, quia Spiritum S. se inhabitare liberâ voce asseruerat ob castitatem: *Casidè viventes, templum sunt Spiritus sancti, & si me invitam jussus violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*, inquebat ipsa. Cum igitur Iudicis mandato petra henda esset ad lupanar, à Spiritu sancto tantam accepit firmitatem ut tamquam columna immobilis, nullis machinis posset è loco dimoveri.

3. S. Flavia foror S. Placidi Martyris, etiam ad lenones fuit condemnata. Id ubi agnovit, suspexit in caelum, & ait: *Deus qui sedes super thronos, & iudicis aequitatem, esto mihi in Deum protectorem, ut saluum me facias. Surrexit in me Iudex iniquus, misit irruces manus ad verbera, pedibus appressit me. Et omnibus membris crudelissimè tortus, fumus horridus sub me ministratus est, impingatur Dux faciens sanguine meo. Tuis est amor, tua fidelitas pro te hac pastor, respice in me, ne polluant inimici famulam tuam, nec dicant, Praevaluimus aduersus eam.* Otavit, & ecce subito virtus divina virginem respiciens, il-

lam suo munimine sepfit. Nam cum vellent eam stuprare, illorum quicumque attingebant eam, mox manus & brachia arefiebant, & cum mugitu præ dolore abire cogebantur. Surus s. Octob.

4. Admirabilis etiam fuit Divina Providentia in conservandis Virginibus S. Symphoriani, in civitate Trevirensi. Cum enim Normanni irruerent in Germaniam & Gallias appropinquarent Treveris, gens fera, velut urfa raptis catulis grassans in cervicibus Fidelium, nulli parcens sexui vel ætati, adolescentes necans, senes perfodiens, parvulos ab uberibus maternis avulsos excerebrans, matronas castas & virgines confutprans. Hoc postremum timentes Virgines Oratorij S. Symphoriani, ad orationem confugiunt pro castitate tuenda, non pro vita; & provolutæ ad sepulchrum S. Modoaldi, Fundatoris illius Oratorij, sic precantur: *Domine IESV Christe, tu virginitatis semen in plenitudine temporum voluisti multiplicari, ut fructum tempore messis reciperes centesimum; ergo aures tuas pietatis nostris lachrymis accommoda, & quam tibi volumus castitatem, Confessoria tui Modoaldi precibus & meritis illam confer va, ut nulla barbarorum violentia ei valent inferre corruptionem.* Has lachrymas respexit Deus. Nam ne mala cererent, que metuebant, & castitatis donum amitterent, in pace lecto decumbentes intra dies triginta omnes decesserunt è vita, ornatis lampadibus Sponso occurrentes, qui eas in æternum thalamum introduxit perenniter latantes. Ita habetur in vita sancti Modoaldi apud Surium 12. Maij.

5. Sic varios Deus habet modos, quibus suas tueatur Sponsas. Ordinariè verò id præstitit, etiam visibiliter, per Angelos Tutores & Custodes Virginum. Cum Susannam Virginem, quam deperibat, violare vellet Galerius Maximianus, filius Diocletiani Imperatoris, eo quod ob Virginitatem Deo consecratam ejus recusatet conjugium, nocte ad eam ingressus, invenit orantem, & Angelum Domini multâ claritate illum circumdantem. Eâ se totus perterritus, cursum fugit ad Palatium nec eam attingit; sed que viderat, Patri suo Diocletiano enarravit, animo non parum confternatus. Ita habetur in Actis S. Susannæ, 11. Augusti.

6. Audi & aliud. Cum Aurelianus Imperator S. Julianam jussisset in lupanari constitui, multi nefarii certatim contendebant, quis primus ingrederetur, velut equi hinnientes ob plechritudinem ejus. Mox verò Angelus affuit, dicens: *Ne timeas Juliana D. IESVS misit me, ut te protegam, & notum faciam nomen ejus.* Cum verò impudicè à cepto non desisteret, excussit Angelus pulverem in oculos eorum, & ipsos excæcavit, ita ut nescirent quò tenderent, vel ubi essent. Hoc videntes turbae unanimiter inclamabant: *Magnus est Deus Pauli & Juliane, suos ubique protegens.* Qui autem excæcati fuerant, flexis genibus ejus opem implo-

Tertul. in Apolog.

Mulieres Christiane ad lupanaria damnata, sed frus. tra.

1. Vitelatinus in vita eorum, 21. Octob. Riv. bad.

2.

3.

4.

5.

6.

implorabant, dicentes: Iuliana serua Deū Altissimi, peccavimus in te, & insipienter nos gestimus, sed veniam dona, & presare Christum tuum, ut nobis usum restituas. Ip̄a compassione mota paulum aquæ accepit, & elevatis in Cælum oculis, dixit: Domine IESV Christe, Auctor salutis omnium, exaudi me, & nunc ostende prodigia, quæ facis propter nos filios hominum. Restituit huius usum, ut celebratur nomen tuum gloriosum. Hæc cum dixisset, aquam super turbas illas fudit, & usum receperunt, gratiaque agentes pœnitentiam egerunt, & Christiani effecti sunt. Ita in vita SS. Pauli & Iulianæ Martyrum, 17. Augusti apud Sur. cap. 17.

Illustre quoque exemplum habemus in vita S. Theophilæ, quæ sub Maximiano Imp. ad prostibulum damnata, cum diceretur, ita orabat: Mi IESV, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis & vita, vide eam quæ tibi desponsata est, seorsum ne lupi tuam pecudam laniem, serua Sponsam, meam conservam castitatem, Fons castitatis. Ingressa est ergo prostibulum, librum Evangeliorum è sinu protulit, attentèque legit. Affuit verò mox Angelus, qui primum juvenem ad eam ingredi volentem morte, secundum cæcitate, alios aliis pœnis multavit; ita ut nemo ultra ingredi auderet. Sed libidine in reverentiam versâ, cum plures religione tacti locum intrassent, videntur Theophilam librum tenentem ac legentem, Adolescentemque consuetam admirabili fulgore, qui tandem Theophilam educens ad Ecclesiam, cum Pax tibi dixisset, recessit, attonitis turbis & inclamantibus: Quis est sicut Christianorum Deus?

Notum est & de Theodora Virgine Antiochena, quæ cum ad lupanar ducta foret, suscitavit Deus eiusdem militis, nomine Didymi, animum, ut ad eam liberandam ingrederetur, quod factum est vestium inter Theodoram & Didymum commutatione: acque utroque postea pro Christo conjunctis animis necem subit. Quod eleganter describit S. Ambrosius de Virginibus. Vide Dom. 17. Post Pentecost.

Aliud subsidium ad tuendam castitatem in lupanari, & martyrium ibi subeundum suggestit spiritus Euphrasie Virgini apud Nicomediam tempore Diocletiani quod in Horto Pastoralis ex Nicophoro retulimus lib. 3. tract. 4. le. 5.

Discernam Virginum primice-ram S. Agnes vasa sua modis.

Sed inter omnes has Virgines eminent Agnes, & providentia specialis Dei in ejus tutanda castitate, & avertenda contumelia. Triplici enim præsidio eam miraculosè communit. Primum quidem cum eam veste denuadatam traherent per compita & vicus, clamante præcone Agnetam facilem & blasphemam, ex ludicis sententiâ lupanariis esse datam, ut sic invitarentur proceres adolescentes ad violandam ejus castitatem, providit ei Dominus contra nuditatem pudendam, tantam capillorum suorum densitatem, ut non minus illorum simbrijs & densitate esset ob-

tecta quam veste. Deinde, cum ingressa esset turpitudinis locum, Angelum homini præparatum invenit, qui eam circumdedit immenso lumine, ut nullus valeret eam præspiciendo respicere. Posteriùs, cum se orationi dedisset, apparuit ante oculos ejus stola candidissima, quæ ad mensuram corporculi ejus ita erat apta, ut nullus ambigeret eam angelicis manibus ei præparatam. An non cernis hic cælestè triplex præsidium Agneti datum ad tuendam castitatem & nuditatem? Propterea factum est, ut omnes juvenes qui illuc ingredebantur, tantam claritatem cernentes, attoniti egredierentur, & darent Deo honorem; sicque mundiores exirent, quam fuerant ingressi, non jam locum impunitatis & prostibuli, sed domum orationis & cælestis luminis ibi esse contentes. Denique, & eam gloriosam efficere voluit Deus resuscitatione filij Præfecti, qui alioquin arguens ignaviam; irruens in ipsam lumen ut Virginem, attingeret, cecidit in faciem, & à Dæmone præfocatus expiravit; sed postmodum Virginis oratione vitam recepit, & fidei lumen, inclamans: *Vnus est Deus Christianorum, quem colit Agnes; omnes alij Dei vani sunt & inanes.* Sic factus orante Agnetæ Præco veritatis, qui fuerat antea illusor castitatis. Potuit ergo merito Agnes, dicere illud, *Verus Dominus ipse Deus noster, quem castitatem custodivit me Angelus ejus, & hinc evasit, & tibi commorantem, & inde hinc revertentem. Es non permisisti me Dominus ancillam suam conquirari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis gaudentem in victoria sua, in evasione mea, & liberatione vestra.* Et rursus potuit illud Sponsi suo & agno occinere: *Domine in voluntate tua præfocasti decorem meo virtutem, & velle tuo candidissimo & purissimo contextisti nuditatem meam, ut nullam incurrerem ignominiam, nec illud verificaretur in me: Denuda verum femur Virginis in confusione, sed illud Apostoli adimpletetur dicens de muliere: Datis sum illi capilli pro velamine.*

Sic ergo Agnella hæc secuta est Agnum suum per viam pietatis & puritatis, ipso protegente & ducente: licet lupi multi ei insidiarentur, ut prædam captarent cum feritate & impietate. Tandem & secuta est per mortem & immolationem voluntariam, quia urgente Sacerdotum idololatrarum turba, Aspasio vices Præfecti & Iudicis subeunte, quasi malefica, mentes hominum suis artibus demerans, & Diis insultans, primum quidem ad flammam condemnata est, deinde ad gladium.

Christus Dominus affecit se venisse in hunc mundum, ut ignem mitteret in terram, quem vehementer optat accendi, ut testatur ipse. Hic ignis in Sanctorum suorum cordibus accensus, effecit ut omnem alium ignem exteriorum contempnerent: immo effecit ut ignis ad eos accendere,

Ludib. 13. Psal. 29. Ludib. 9. 1 Cor. 11.

cedere, aut eos lædere vereretur, sicut & tres pue-
 zos in fornace Babylonis intactos flamma reliquit.
 Hoc frequenter contigit in Virginibus, ut flamma
 corporalis in eas vim suam exere non valetet,
 tum quia divini flamma amotis prævaleret, tum
 quia non permittebat Deus, ut quæ flammam
 concupiscentiæ carnalis in se vicerant, ab igne
 corporeo vincerentur. De hac re dicebat B. Hila-
 rius Arelat, ferm. 2. de nuptiis in Cana: *Quanta*
justis corporibus reverentia debeatur, arbiter ignis
agnoscit, & ingesta sibi pabula circumfusis allambit:
nihilque sibi licere miratur in corpora Dei timore &
causis jejuniis consecrata, & pretiosum depositum non
violat, occulta dispensatione, sed vindicat. Quod sanè
contigit S. Agneti, circa quam cum ignis copiosus
accensus fuisset, tantum abest, ut eam læserit, quin
potius flammæ hinc inde dispersæ sediciosos ex-
usserunt, ipsa & corpore & veste permanente illæ-
sâ. Quapropter expandens manus in medio ignis
ad Deum, sic orabat: Omnipotens, adorantem, colen-
tem, tremantem, Pater Domini nostri Jesu Christi, ben-
edico te, quia per Filium tuum evasisti manus impiorum,
& spiritibus Diaboli impellita calle transivisti. Et
ecce nunc rere caelestis perfusus per Spiritum Sanctum
focis iuxta me moritur, flamma dividitur, & ardor
incendit hujus ad eos à quibus in me ministratur,
effunditur. Sic nempe corpus castitate Deo &
Agno consecratum non violat ignis, occulta di-
spensatione, sed vindicat; de quo & ipsa gratias
agit, sicut & priore beneficio, quo flammam evi-
cerat Cupidinis, quasi illud repeteret: Constat tibi,
Domina Rex & collaudabo te Deum Salvato-
rem meum, quia liberasti corpus meum à perditione;
& in medio ignis non sum consumptus. Quia in me-
dio ignis libidinosi sibi antea structi non fuerat
actuata, nec in eam potest quidpiam ignis ma-
terialis, sicut renovatur antiquum miraculum
Hebræorum puerorum, in igne ob castitatem
illætorum, & roreque caelesti perfusorum flam-
ma sese diffundente ad impios & impuros. Sic
& Ioannes castissimus in dolio ferventis olei man-
et illæsus. Sic Cæcilia persistit in balneis ignis
flammis inemerata, Sic & Lucia pro castitate de-
certans, ab igne exit intacta. Sic & contigit aliis
nonnullis Virginibus & Martyribus, quibus potius
flamma blandiebatur, in incensores sese refle-
ctens, hos damnans, illos absolvens. O mira-
vis & gratia castitatis, quam & bellæ & inen-
sibilis creaturæ quadam ratione agnoscunt & ve-
nerantur!

Igne ca-
 pius S.
 Agnetem
 non læsit.

Eccli. 12.

Dan. 3.

Flamma
 Virginibus
 blandiens.

S. Agnes
 gladio fe-
 randa de-
 cernitur.

Amor l. 1.
 de Virg.

properaret, ut ad supplicii locum lata successu, gradus
 felixna, Virgo processit, non intorio crine caput compta,
 sed Christo, non sterculis redimita, sed steribus. Nempe
 sciebat de sponso suo scriptum: Ego quasi Agnus
 mansuetus, qui portatur ad ultimum. Vbi aliqui
 legunt: Ego sicut Agnus Dux, vel Ductor gregis. *Ier. 22.*
 Nempe Christus Agnus omnes Martyres anteivit
 exemplo, & animavit verbo, ad fortiter & volun-
 tariè mortem subeundam, & ad se immolandum
 in Martyrio; & per mansuetudinem fecit eos
 tormentis omnibus superiores. Ipse ergo A G-
 NVS DVX ducit Agnetem ad immolationem
 cum gaudio. Ipse est tanquam Magnes, quem
 sequitur Agnes quocunque traxerit vel lerit, etiam
 ad necem quem accerrimam: quia vim ejus at-
 tractivam perferit jam infantia, nullaque tor-
 menta eam poterant ab illo separare. Novit illam
 dilectionem impendisse pro salute hominum us-
 que ad sanguinem; rependit ipsa dilectionem &
 sanguinem.

Postremò dicamus, quod Agnes Agnum sequatur
 quocunque lerit, etiam post mortem, in mon-
 tibz æternitatis, cantans canticum novum in
 sequela Agni sui, in nuptiis Sponsi sui: quia, ut
 dixit S. Petrus ferm. 3. de Nativ. Virg. *Ille sequimur*
Agnum in perventionis requie, quæ eum imitantur
in itinere ad veritate. Et specialiter de Virginibus
dicitur, quod Agnum sequantur, quodque canti-
cum novum decantent: quia Agno adherent speci-
ali gloria & familiaritate, speciali coronatæ lau-
rea & aureola, speciali que fruentez gaudio & jubilo
triumphali, ob trophæum de carne reportatum.
 De hac re sic loquitur S. Augustinus libr. de Virg.
 cap. 27. *Sequuntur Agnum per gaudia qualia nec*
in ipso regno Dei ceteris non virginibus erunt, sed à
ceterorum gaudiorum sorte distincta. Gaudium Vir-
ginum Christi de Christo, in Christo, cum Christo, post
Christum, per Christum, propter Christum. Nam sunt
alii alia, sed nullis talia. Cui conformiter loquitur
S. Gregorius in Pastoralis 3. p. admonit. 29. Singu-
lariter canticum Agno cantare, est cum eo in perpetuum
pra cunctis Fidelibus etiam de incorruptione car-
nis gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum can-
dire possunt, licet dicere nequeant. Quia per charitatè
quidem in illorum celsitudine latè sunt, quantum ad
eorum premia non asurgunt.

Quod si hoc verum est de omnibus Virgini-
 bus, quod Agnum sequantur cum speciali canti-
 co, quod semper novum est, & semper recenti
 afficit gaudio: certè eximè id contigit S. A G N E-
 T I, quæ & nomine & familiaritate A G N I parti-
 culariter gavisâ est, & in hac vita, & altera.
 Quapropter Parentes ad ejus sepulchrum oran-
 tes cum assidua pernoctatione, viderunt in me-
 dio noctis silentio exercitum Virginum, quæ om-
 nes auro textis cycladibus indutæ, cum ingenti
 lumine præteribant. Inter quas viderunt Beatif-
 simam Agnetem simili veste fulgentem, & à
 dextris

Sequitur
 agnū cum
 speciali
 cantico.

dextris ejus Agnum nive candidiorem. Hoc ipsum est, quod canimus in Officio Octavae ipsius: *Stans à dextris ejus Agnus nive candidior Christus, sibi Sponsam & Mariam consecravit.* Quapropter & de ea dicere possumus illud: *Gaudemus, & exultamus, & demus gloriam Deo, quoniam venerunt nuptia Agni, & uxor Agni preparavit se, & datum est ei, ut vestiat se byssino splendens & candido.* Ideo etiam & de his nuptiis tunc alloquens Parentes suos, & indicans canticum novum, quod perenniter decantabit, dixit: *Videte, ne quasi mortuam lugeatis, sed congaudez mibi, quia illi janua sum in Caelis, quem tota animi intentione dilexi in terris. Ecce quod concupivi jam video, jam teneo.*

Conclusio.

O Felix AGNES, felix AGNI Sponsa, & comes Sponsi & Agni individua, quae eum secuta es, sive in vita, sive in morte & immolatione; & modo sequens jugiter in beata aeternitate. Tu à Sponso & Agno, quicquid volueris, vales impetrare, prout & S. Constantiae vitam & sanitatem cum fide, ac S. Emerentianae constantiam & martyrii gratiam apud sepulchrum tuum oranti impetrasti. Impetra ergo nobis donum castimoniae, & contra carnis tentationes immobilis constantiae: impetra donum pietatis & orationis: donum denique impetra patientiae & perseverantiae, ut tecum sequamur Agnum, sive in vita, sive in morte: ac tandem jucundemur cum illo in perenni gloriae ejus visione & fruitione.

LECT. 17. IN FESTO CONVERSION. S. PAULI.

tripartit.

Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus. Act. 9.

PARS I. De Providentia Dei in quaerenda lapsu & conversione. Job. 18.

INnumera Deo suppetunt media, innumeraeque viae, quibus nobis lumen gratiae suae communicare novit, aut iusto iudicio ob culpam nostram illud subtrahere. Propterea sic interrogat Dominus Iob. *Iudica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habet, & quis sit tenebrarum locus, ut dicas unum quoque ad terminos suos, & intelligas semitas domus ejus.* Atque iterum in eandem sententiam ibidem subjicit: *Per quam viam spargitur lux, aut dividitur aënis super terram?* Haec quidem interrogatio de jure materiali fieri potest. Qua quidem interrogatio insinuat, hominem non plene cognoscere ubi lux & tenebrae habitent, quae accedunt, & recedunt, & sibi vicissim succedunt: nec lucem aut tenebras in hominis esse potestate, nec lucem ad domum lucis vel tenebrarum ducit, investigare, ut ad hospitium suum eos ducat. Denique per hoc docemur nos ignorare viam modumque quo lux solis varè se spargit, dividit, ardoremque suum multiplicat, secundum diversitatem temporum & regionum. Intermittit etiam de spiri-

tuali luce haec intelligit S. Gregorius, ut interrogatio haec ordinetur ad moderandum hominis praesumptionem, penetrare volentis Dei circa electos aut reprobos dispositionem. Indicare igitur vult Dominus, lucem spirituales & aërum divini amoris, innumeris & occultis viis ad nos derivari, & modò huic, modò illi communicari, aut dividi, nec nostrum esse inquire, cur potius huic, quam illi, ne rursus ab eo audiamus: *Numquid nosti ordinem caeli, ut ponas rationem ejus in terra?*

Hoc ipsum considerans Apostolus, inclamat: *O abstruso divitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigabiles viae ejus!* An non plane admirabilis est ejus sapientia & providentia, dum iudiciis nobis incognitis modò aliquos ad lucem gratiae elevat de tenebris profundis; modò alios gratiae donis splendidissimis praefulgidos tursum caligine involvit permittit, & caeco impetu in abyssum suere?

Elucebat micro splendore Saul, à Domino electus & unctus ad fastigium regalis dignitatis, nec illo erat melior in filiis Israel. Sed paulò post caecitate & caligine seductus, rebellisque lumini reprobat, ita ut Samueli pro eo deprecanti dicat Dominus: *Visnequo tu leges Saul, cum ego projecerim eum?*

Elucebat quoque Salomon gratia & sapientia praeter omnibus filiis hominum, ita ut & hoc ei nomen adscriptum fuerit, *Dilectus Domini.* At quomodo postmodum illecebrosa mulierum alienigenarum caligine seductus est cor ejus, ita ut etiam idola adoraret? Propterea de ejus salute meritò dubitamus, de ejus poenitentia incerti. Agnovimus ejus lucem, agnovimus & tenebras luci succedentes, an autem te tenebris iterum ad lucem reversus sit, ignoramus. Unde & hic illud repetimus: *Iudica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habet, & quis sit tenebrarum locus, ut dicas unumquodque ad terminos suos.* Iudica mihi, si omnia nosti, an in domo lucis habitat Salomon, an in domo tenebrarum, & ad quem tandem terminum pertigerit.

Sic & in novo Testamento visus est Iudas in Apostolico Collegio in Christi familia praetulgeret, ab ipso Domino ad dignitatem Apostolicam evocatus. At in fine quomodo excaecatus est, quamq; miserabiliter tuit, ita ut de eo dicatur Apostolo: *Nome unius ex vobis Diabolus est?* Et iterum: *Bonum est erat, si natus non fuisset homo ille. Va illi.* Sic admirabilia sunt iudicia Dei, & investigabiles viae ejus: *Qui stat, videat ne cadat.* Qui in luce est, timeat tenebras. Vidimus enim viros mire perfectos per caelestem conversationem, submersos tandem fuisse, & ut stellas de caelo in abyssum cecidisse ab impetu caudae draconis, sive violenta demonis tentatione & suggestione. Quos merito legere possumus verbis Ieremiae: *Quomodo Thersa obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Filiis*

Exempl. Lajorum. Saub.

i. Reg. 10.

Salomon.

Iudas.

Ivan. 6.

Mat. 11. 10.

1. Cor. 10.

Thersa. 4.

Filiis